

ADOLPHVS COMES BERGENSIS.



**A**DOLPHUS CUM fratre Eberhardo Heinrici Auctoris Cæsaris aulam secuti sunt, ut rerum experientiam acquirerent. Tum enim principum auree nobilium scholæ & Palestræ æstimabatur. Cum itaque duo illi iuuenes uirtutibus uarijs, omnes alios superarent, Cæsar ipsis partem aliquam Vespasianæ dono dedit. Ibi arcetes aliquot, & inter eas Altenburgum ædificarunt, atque eam regionem suis uirtutibus plurimum exornarunt. Id cum Cæsar cognouisset, Adolphum comitem Altenne constituit, Eberhardum uero Bergensem comitem esse iussit. Eberhardus uero pietate motus, monachus factus est, atque suam ditionem fratri Adolpho dono dedit.

Adolphus itaque utruncque comitatum magna dexteritate gubernauit, atque eos moriens, suæ posteritati reliquit, donec tandem Bergensis comitatus ad Iulianenses duces deuenerit, qui etiamnum magna prudentia ibidem rebus moderantur. Monst. lib. 3.